



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim

Innozenz <III., Papst>

Parisiis, 1682

Abbati Et Conventvi de Coldriz Præmonstratensis ordinis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-20020

212 Epistolarum Innocentij III.

liberè potest rectorem eligere, duntaxat idoneum, sive concordet sive discordet cum ipso familia super inventione rectoris. Ne verò familia concordante in personam idoneam, Prior ab ipsa malitiosè discordet, sub obtestatione divini judicij districte præcipimus ut Prior malitiosè non respuat personam idoneam in quam familia concordaverit, sed eam cum ipsius consilio & tractatu eligat in rectorem; ita quod si contra hoc districatum præceptum auctu procecerit temerario, postquam id apud superiorē fuerit sufficienter ostendit, & ejus cassetur electio, & ipse canonice puniatur. Licet autem secundum formam arbitrij fratres qui recipiendi sunt in hoc hospitali recipi debeat per manus prædicti Prioris, ei obedientiam promittendo, ne tamē idem Prior malitiosè recusat recipere fratres, ut defunctis præsentibus & in locum eorum nullis aliis substitutis ipsum hospitale liberius pro sua ordine voluntate, sub præmissa distinctione jubemus ne defectum fratum Prior malitiosè procuret, sed cum consensu rectoris & familiae hospitalis fratres sine difficultate recipiat, quan- docunque necessitas postulaverit; ita quod si hanc contempserit iussionem, postquam de tali fuerit præsumptione convictus, præter penam canonicanam quam sibi meretur infligi, per rectorem & familiam ea vice fratres in hospitali qui necessarij fuerint ordinentur ipso penitus inconsulto. Datum Sorœ v. Non. Augusti, pontificatus nostri anno undecimo.

ABBATI ET CONVENTVI
de Coldrix Præmonstratensis ordinis.

Epiſt. 148.
De confirmatione privilegiorum.

Cum à nobis petitur quod justum est & honestum &c. usque effectum. Ea propter, dilecti in Domino filij, vestris justis petitionibus grato concurrentes assensu, personas vestras & locum in quo divino estis obsequio mancipati, cum omnibus quæ in praesentiari rationabiliter possidetis, aut in futurum justis modis Deo propitio poteritis adipisci, sub beati Petri & nostra protectione suscipimus. Specialiter autem locum de Neubon cum Capella, Ecclesiam de Acaltre, partem proventuum Ecclesie de Cuventona, pasturam Delfvifsel, & terram & pasturam de Chautim, sicut ea omnia justè ac pacifice possidetis, vobis & per vos domui vestre auctoritate apostolica confirmamus & præsentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo &c. hanc paginam no-

stra protectionis & confirmationis infringere &c. Si quis autem hoc &c. usque incursum. Datum Sorœ vii. Kal. Septembris &c. ut in alia.

CAPITVLO TVRONENSIS.

Diligenter auditis & perspicaciter intellectis omnibus quæ coram nobis à partibus propofita & allegata fuerunt super duabus electionibus in vestra Ecclesia celebratis, quia per ea nobis constituit evidenter quod pars illa quæ dilectum filium * Cantorem Parisensem elegit erat tam auctoritate quam numero longè minor, & eum extra Capitulum pluribus ex fratribus inconsultis legitima provocatio ne contempta eligere non expavit, nos exigente iustitia electionem de ipso factam duximus irritandam. Quia verò pars altera, quæ dilectum filium * Decanum Johanna de Faya * auctoritate longe major erat & numero, quamvis eum post quatuor appellationes elegerit, quia tamen ex eis duas non fuerunt legitimæ, unde illis non fuerat deferendum, & contra reliquas duas nihil exitit attentatum, cum ejus persona multorum testimonio nobis fuerit multipliciter commendata, & contra eam nihil omnino fuerit ab adversa parte probatum, nos de communi fratrum nostrorum consilio electionem de ipso factam auctoritate curavimus apostolica confirmare. Quocirca devotioni vestre per apostolica scripta præcipiendo mandamus quatenus ei de cetero tamquam pastori vestro curcis obedientiam & reverentiam exhibere tam debitam quam devotam. Datum Ferentini v. Nonas Octobris, pontificatus nostri anno undecimo.

SECVENS EPISTOLA
caret inscriptione in veteri codice.

Per originales litteras nostras, quas dilectis filiis Abbatii de Plana de Septimo & Priori Camaldulensi super facta electionis monialium sanctæ Mariae de Mantignano Florentinae diocesis miseramus, nobis constituit evidenter quod ultima earum clausula nequiter rata fuit, & eadem littera ipsis judicibus tales fuerunt exhibitæ, sicut ex litteris eorundem, in quibus tenor continebatur ipsarum cognovimus manifestè; quarum occasione dicti judices procedere præsumperunt. Quia verò id non est à nobis clavis oculis transendum, discretioni vestre per apostolica scripta præcipiendo mandamus quatinus quicquid factum est occasione

* Robemm
de Vitrea

* Johanna
de Faya

Vide to. 1.
Gall. Chm.

pag. 774.

Epiſt. 159.
De electione
Abbatissæ de
Mantignano.